



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia**

Ab anno DLIII. ad annum DLXXVII.

**Parisiis, 1644**

VI. Vt epistola soli dent episcopi.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-15324**

III.

Vt corpus Domini in altari , non in imaginario ordine , sed sub crucis titulo componatur.

IV.

Vt laici secus altare , quo sancta mysteria celebantur, inter clericos tam ad vigilias, quam ad Missas, stare penitus non presumant : sed pars illa, quæ a cancellis versus altare diuiditur , choris tantum psallentium pateat clericorum. Ad orandum vero & communicandum , laicis & feminis , sicut mos est, panteant sancta sanctorum.

V.

Vt vnaquæque ciuitas pauperes & egenos incolas alimentis congruentibus pascat secundum vires, vt tam vicani presbyteri , quam ciues omnes , suum pauperem pascant : quo fiet vt ipsi pauperes per ciuitates alias non vagentur.

VI.

Vt nullus clericorum vel laicorum , præter episcopos , epistolia facere presumat.

VII.

Vt episcopus nec abbatem , nec archipresbyterum , sine omnium suorum compresbyterorum & abbatum consilio , de loco suo præsumat eiicere , neque per præmia alium ordinare , nisi facto Concilio tam abbatum quam presbyterorum suorum , quem culpa aut negligentia eiicit , cum omnium presbyterorum consilio refutetur.

VIII.

Quicumque episcopus illum , quem alter episcopus excommunicatum habet , postquam fuerit de